Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-32161481X-10

MARIENBIBLIOTHEK
HALLE A/S.

Kem 86
(1-54; a-g)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-32161481X-10

INDEX LABORVM

QVIBVS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE

PER SEMESTRE AESTIVVM

ANNI cIↄ Iↄcc XXXXIIII.

OCCVPABVNTVR

PRO-RECTORE

MARTINO SCHMEIZELIO,

SACRAE REGIAE MAIESTATI BORVSSICAE A CONSILIIS AVLICIS IVRIS PVBLICI ET HISTORIARVM PROFESSORE ORD. NEC NON H. T. FACVLT. PHILOS. DECANO.

Lectiones Pro-Rectoris, Directoris & Cancellarii.

MARTINVS SCHMEIZEL, *Prorector*; Operas *publicas* in *Hiſtoriam Vniuerſalem* ſtrenue continuabit; *Priuatis* horis *Geographiam*; *Hiſtoriam Iuris Ciu. Can. & Eccleſiaſtici*; *Ius Publicum* ad ductum illuſtr. MASCOVII; *Hiſtoriam Vniuerſalem*; *Hiſtoriam Germaniæ*; *Prudentiam viuendi* docebit; Duabus inſuper horis *Heraldicæ amœnitates* denuo propinabit; Quod ſi quibus animus fuerit, ſe erudiri in *Notitia Statuum Europæorum*; vt & in *Politica*, ad ductum illuſtr. Cancellarii WOLFII, nec illis ſua deerit opera; *Horas & initium* peculiari ſcheda deſignabit.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, ICt. feriis finitis *ſcholas Cambiales* hora III. publice continuabit, hora IX. vero ad *ius feudale Struuianum* priuatim commentabitur, & horis conſuetis denuo interpretationem Digeſtorum ſecundum *introductionem in ius Digeſtorum* a ſe editam auſpicabitur.

CHRISTIANVS WOLFIVS, *hor. VIII. mat. Philoſophiam moralem* vna cum genuinis principiis *Iuris naturæ* explicabit. *Hor. III. pom.* tradet *Matheſin puram*, operam inprimis daturus, vt ad rectum methodi demonſtrativæ vſum Auditores perducat. Denique *Hor. IV.* Collegium *experimentale* curioſum aperiet, in quo multis experimentis iisque haud paucis nouis ad Naturæ ac Artis cognitionem viam planam ſternet.

LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOACHIMVS LANGE curſum annuum Theologiæ *dogmaticæ* ad ductum libri ſui, *Oeconomia Salutis*, hora X. publice tractandæ, die XXVII. Aprilis rurſus inchoabit; horis vero duabus poſterioribus *Epiſtolam* Pauli ad *Coloſſenſes* interpretabitur. Hora VII. matutina denuo offert Lectiones *exegeticas* in ſelecta *Pentateuchi Moſaici* loca de Chriſto habendas, *aſceticas* diebus dominicis poſt ſacra publica hora IV. continuaturus.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS epiſtolam Pauli ad *Epheſios* interpretabitur. Præterea lectiones paræneticas & aſceticas continuabit.

D. CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS publice hora II. in enodando difficiliore libro Iobi verſabitur; priuatim vero hora IX. tria priora Euangelia, Matthæi, Marci, Lucæ, idque ordine harmonico, vt hoc ex illo & iſto, & verſa vice, facilius pleniusque intelligi poſſint, ex græcis interpretabitur fontibus.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN *publice aſceticam* pertractationem actorum apoſtolicorum d. ſolis h. IIII. & *diſputationes* dogmaticas d. ſaturni h. II. inſtaurabit, atque præcepta *homiletica* dabit d. lunæ & martis h. IIII: *priuatim* h. VIII. theologiam *dogmaticam* explicabit, hora XI. *hiſtoriam chriſtianam* enarrabit, h. IIII. d. iouis & veneris epiſtolam ad *Philippenſes* interpretabitur & h. VI. theologiam *antitheticam* docebit: plura de ſcholis ſuis commentabitur in programmate dudum promiſſo ſub auſpiciis horum laborum prodituro.

D. BENED. GOTTLOB CLAVSWITZ H. IX. *Epiſtolas Petri* & *Epiſtolam ad Titum* methodo conſueta explanabit. *Publicis prælectionibus* H. III. *Introductionem* in *Criticam S.* & *Theologiam Exegeticam*, indicatis ſimul adminiculis & libris præcipuis exhibebit. H. V. ex *pericopis epiſtolicis annuis* analyſin textus naturalem ſiſtet, & themata, quæ in ſermonibus ſacris propo-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-32161481X-10

proponi poſſunt, homiletice pertractabit. H. I. ſingulis *mercurii* diebus *theſes* controuerſas ſelectas *ex articulis fidei diſputando* excutiet. Continuabit etiam *diſputationes publicas de fide in Ieſum Chriſtum.*

IO. HENR. CALLENBERG *publice* hora III. dierum lunæ & martis *Pſalmos* ex fonte *ebræo* ita explicabit, vt etiam tironum rationem habeat; itidemque hor. I. diei mercurii conſilia de genuina *ſtudii theologici methodo* exponet. Præterea *Chriſtologiam* veteris teſtamenti tradet, pergetque in exercitamentis *antiiudaicis.*

IO. GEORGIVS KNAPP, h. 11 -- 12. *libros propheticos* rurſus more ſolito breuiter explanabit, h. 5 -- 6. vero perſequetur *hiſtoriam eccleſiaſt. V. T.*, qua ad finem perducta, *res in eccleſia N. T. geſtas* explicare conſtituit.

IVRIDICAE.

SIMON. PETR. GASSER, ICt. *publice hora IV.* pom. *Oeconomico - Cameralia* tractabit. *Priuatim hora X. & II.* pom. ad *Pandectas Ludouicianas* denuo commentabitur, additis cautelis theoretico practicis. *Hora III.* vero in conſueto collegio *practico - elaboratorio Poſitiones* ſuas *practicas* explicabit, quæ cum Oeconomico-Cameralibus proſtant in Orphanotropheo. Initium erit finitis nundinis Lipſienſibus *d. 4. Mai.*

IAC. GABR. WOLF *publice* hora VIII. matutina *iurisprudentiam* ſuam *naturalem ac gentium*, regulas iuſti ac virtutis excellentioris, ſeruato etiam ſtatus naturalis ac ciuilis diſcrimine diſtincte explicantem; *priuatim* autem hora IX. STRVVII *iurisprudentiam Romano-Germanicam forenſem;* hora XI. V. C IO. IAC. MASCOVII *principia iuris publici I. R. G.* denique hora III. *elementa* ſua *iuris feudorum*, *tum prouincialium*, *tum Imperialium*, omni fide atque induſtria, interpretabitur. Finitis nundinis Lipſienſibus, *initium* A. S. N. facturus.

CAROLVS GOTTLIEB KNORRE interpretabitur B. HEINECCII *Elementa Iuris Naturæ & Gentium* Hora IX. EIVSDEM *Elementa Inſtitutionum* Hora XI. *Pandectas Ludouicianas* Hora X. & II. Denique aperiet hora III. *Collegium Practicum elaboratorium* ad ductum der gründlichen Anleitung zum Gerichtlichen Proceß ſimulque *elementa artis relatoriæ* tradet.

IO. GERARDVS SCHLITTE ſemeſtri hoc æſtiuo in *Inſtitutiones Iuſtinianeas*, STRVVII *Iurisprudent. forenſem*, nec non *Pandectas Ludouicianas* ea, qua par eſt, fide ac induſtria commentabitur, de horis hiſce Collegiis impendendis e valuis publicis DNN. AVDITORES admoniturus. Auſpicabitur hæcce Collegia B. c. D *d. 4. Maii.*

IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER per inſtans ſemeſtre explicabit hora VIII. *Elementa ſua iurisprudentiæ Criminalis*, hora IX. B. HEINECCII *Elementa iuris naturæ & gentium*, hora XI. EIVSDEM *Elementa inſtitutionum* notatis in quauis materia iuris *romani* & *moderni* differentiis, hora X. & II. Dni PARENTIS *Pandectas.* In lectionibus *priuatiſſimis* nondum ad finem perductis perget hora III.

IO. EHRENFR. ZSCHACKWITZ, Prof. Iur. Ord. Hor. VIII. mat. *Hiſtoriam Imperialem* duce Compendio *Struuiano* exhibet, & quidem ea methodo, vt cuilibet Paragrapho dilucidationes neceſſariæ vti & Antiquitates Patriæ noſtræ illuſtratæ addantur. Et quibus Dnn. Commilit. hæc hora minus commoda eos Hor. XI. expectet. Hor. IX. *Capitulatio* moderni Imperatoris, vti & Pax *Weſtphalica* ex Hiſtoria & Actis Publicis explicatur, quibus Curis Hiſtoria *Belli* tricennalis additur. Hor. X. Ex SECKENDORFFII Fürſten-Staat authentica Praxis Politices & *Oeconomiæ Cameralis* exhibetur, vti & genuina Origo, genuinaque Praxis Feudorum & Iuris Feudalis cumprimis quoad noſtrum Imperium. Hor. XI. *Hiſtoria Imperialis* prout Hor. VIII. apparet. Hor. I. pom. duce *Compendio Ludouiciano* Ius *Militare*, eiusque vſus Practicus demonſtratur, annectitur *Politica Militaris.* Hor. II. Ex *Compendio Heinecciano* Hiſtoria *Iuris Romani & Germanici* exhibetur, quam exacte noſſe vtrumque Ius, & eorum Praxis omnino requirit. Hor. III. Ius noſtri *Imperii* Publicum ex *Maſcouiano Compendio* dilucidatur, ea ſcilicet Methodo, vt vera eius Origo, genuinaque Praxis ex Actis publicis demonſtretur. Hor. IV. Ex PVFENDORFIO Hiſtoria *Vniuerſalis* Regnorum quæ floruere, & adhuc florent ea Methodo exhibetur, vt Hiſtoria *antiqua*, *medii æui*, & *Nouiſſima* ex genuinis Authoribus appareat, additur Hiſtoria Regnorum *Bohemiæ*, *Hungariæ*, vtriusque *Siciliæ*, ac Statuum *Italiæ*, & ex *Capite XII.* huius Authoris authentica Origo Papatus, Iurisque *Canonici*, & quæ Influxum in *Hiſtoriam Eccleſiaſticam* habent demonſtratur, exhibentur etiam cuiuslibet Regni *Prætenſiones Illuſtres.* Lectiones *Publicæ* deſtinato tempore Continuationem accipiunt. Initium harum Curarum fiet *finitis nundinis Lipſienſibus.*

IO. TOBIAS CARRACH *priuatim* 1) ad HEINECCII Elementa *demonſtratione* luculenta

Ius

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-32161481X-10

Ius Naturæ & Gentium eiusque *in cæteris Iurisprudentiæ partibus vſum* exponet hora IX. 2) EIVSDEM *Elementa Iuris Ciuilis* ſecundum ordinem *Inſtitutionum* hora XI. & 3) ſecundum ordinem *Pandectarum* hora X. iuncta II. ex principiis *naturalibus* & *ciuilibus Romanis* æque ac *Germanicis* interpretabitur. 4) *Iura Feudorum* quoque tum *Longobardica* tum *Germanica* STRVVIO duce explicabit hora III. Addet 5) *collegium proceſſuale elaboratorium* hora VII. ma tut. nec non 6) ſeparatum *collegium proceſſuale criminale elaboratorium* hora de qua cum auditoribus conueniet. 7) Horam VIII. matutinam deſtinauit quidem *Iuri Canonico*: ſed cum alii eadem *Ius Danicum* ſibi priuatiſſime prælegendum rogent; de hac re ex valuis publicis in tempore exponet.

MEDICAE.

MICHAEL ALBERTI Caſus tragicos fortuitos *publica* explicatione ac Pathologico-Practica diſquiſitione proſequetur: *priuato* ſtudio Phyſiologiam & Pathologiam ſpeciali tractatione inchoabit, inſuper vſum & abuſum rationum phyſicarum & præcipue mechanicarum in hiſce diſciplinis indicabit: præterea Materiæ Medicæ cognitionem & applicationem pharmaceuticam, ut & ſpecialem practicam tradet. Denique in Praxi Speciali continuabit.

IO. IVNCKER *publice* continuabit fundamenta chirurgiæ. *Priuatim* docebit hora X. phyſiologiam & pathologiam, hora autem XI. therapiam generalem & ſpecialem. *Priuatiſſime* prouectiores in praxi clinica exercebit.

D. IO. HENR. SCHVLZE, publice perget explicare HIPPOCRATIS aphoriſmos, quos, ob aduerſæ valetudinis crebra incommoda, vix ad medium licuit producere. Priuatim *chemiam*, horis conſuetis matutinis, rationali methodo tradet, & perpetuis experimentis illuſtrabit atque comprobabit. De *morbis mulierum & infantum* etiam exponet: ad diſpenſatorium Regium & electorale Poruſſo Brandenburgicum *de viribus & vſu* præparatorum & compoſitionum *officinalium* commentabitur: forte etiam *formulas præſcribendi artem* explicabit.

FRID. HOFFMANNVS *Publice* phyſiologiam explicabit. *Priuatim* collegium chymicum inchoabit, & in eo proceſſus neceſſarios ſubiuncta rationali theoria inſtituet. Exponet etiam de materia medica. Horas his collegiis deſtinatas ex valuis publicis ſignificabit.

D. PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER publice tradet cautelas in operationibus Chirurgicis obſeruandas. *Priuatarum* vero *operarum* aliam in explicandis *inſtitutionibus phyſiologicis* & *pathologicis* duce BOERHAAVIO, aliam in tradendis *fundamentis artis obſtetriciæ theoretico-practicis* iunctis *adfectibus mulierum* & *infantum* collocabit, ſimulque præſtitam hic nuper *Cel. Angli* RICHARDI MANNINGHAM in compendio artis obſtetriciæ operam ſpeciatim expendet. Deinde quoque, ſi qui deſiderauerint, *doctrinam de oſſibus* eorumque differentiam in fœtu & adulto ad ductum HEISTERI exponet, & ope partium corporis noſtri ſiccarum illuſtrabit.

PHILOSOPHICAE.

D. CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS hora X. in gratiam illorum, qui in orientali philologia altius prouehi cupiunt, Syriacam illuſtrabit linguam, fundamenti loco poſiturus grammaticam eius linguæ ab ſe editam, indeque partes verſionis Syriacæ N. T. prælecturus. Præterea in auditorio ſuo domeſtico philologice explicari curabit, hora VII. epiſtolas ad Ebræos catholicasque, & Apocalypſin Ioanneam; & hora III. Grammaticam Ebræam, & hac finita, doctrinam de Ebræorum accentibus.

MICHAEL ALBERTI Doctrinam de effectibus motuum athmoſphæricis in producendis variis meteoris vlteriori tractatione, illuſtrabit.

IOANNES IOACHIMVS LANGE, Math. P. P. O. publice h. 7. mat. *Matheſin puram*, h. e. *Matheſin vniuerſalem*, *Arithmeticam*, *Geometriam* & *Trigonometriam* demonſtrabit. Priuatim h. 6. veſp. *Geometriam practicam* domi docebit die Saturni horis pomeridianis in campo exercendam: *Phyſicam dogmatico - experimentalem* h. 1. ita tractabit, vt nexus dogmatum explicatus perpetuis confirmetur experimentis. In *chemia*, ſyſtema phyſico - chemicum explicando occupabitur h. 2. experimenta autem & operationes chemicæ aliis commodis horis exhibebuntur.

D. IO. HENR. SCHVLZE, Antiquitatum Romanarum, ad ductum Cl. NIEVPORTII, publice continuabit explicationem. Priuatiſſimas ſcholas aut priuatas etiam ſerio expetentibus promtum ſe facilemque præbebit.

DANIEL STRAEHLER 1) *Logicam* ſuam denuo exponet illiusque vſum per vniuerſam eruditionem commonſtrabit. 2) *Metaphyſicas* doctrinas ſedulo examinabit earumque veritates demon-

demonſtrabit. 3) iis Nobiliſſimis Philoſophiæ cultoribus fructuoſam nauare operam ſtudebit, qui Lectiones in *Elementa Phyſices* Cel. HAMBERGERI expetiuerunt. Initium harum lectionum erit d. 4 Maii.

D. FRIDERICVS WIDEBVRG finitis nundinis Lipſienſibus ſequentia auſpicabitur collegia: Ab VIII - IX. *Ius Publicum Imperii Romano Germanici:* Dux erit præſtantiſſimus MASCOVIVS in principiis Iuris Publici, auctor eminentiore loco poſitus, quam quo intellectus peruenit, aut liuor atque inuidia graſſatur, exilium ingeniorum: A X -- XI. *hiſtoriam vniuerſalem ſtatuum Europae:* Præeuntem ſequi placet PVFENDORFIVM in der Einleitung zur Hiſtorie der Europäiſchen Reiche und Staaten, ſcriptorem pragmatica grauitate excellentem ac nobilem: Ab XI - XII. *hiſtoriam Imperii Germanici:* Fundamenti loco ſeruiet STRVVIVS in der Einleitung zur Reichs-Hiſtorie, rerum geſtarum copia locuples atque abundans, ac teſtium idoneorum notitia adeo inſtructus, vt neceſſitatem demat tollatque tædium perorandorum fontium ac hiſtoriæ ſubſidiorum. Iunget *obſeruationes ſuas Struuianas*, proſtantes in officina Rengeriana.

THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS *publice* HEINECCII Elementa philoſophiæ rationalis interpretabitur hora II - III. *priuatim Logicam* docebit ad ductum Cl. BAVMEISTERI hora III -- IV. & *Metaphyſicam* hora IV -- V. tradet, ad ductum theſium ſuarum: Anfangs-Gründe der Philoſophiſchen Wiſſenſchafften überhaupt. Nec iis deerit, qui ſingulis Saturni diebus hora II -- III. ingenii vires *diſputando* periclitari cupiunt.

IO. HENR. CALLENBERG philologiæ *ebraicæ*, & vtiliora hiſtoriæ *litterariæ* capita prælectionibus theologicis interſeret; horaque I. diei veneris *publice* linguæ *iudaicogermanicæ* inſtitutionem cum Chriſtologia, a Iudæis vindicanda, porro impertiet.

IO. EHRENFR. ZSCHACKWITZ, Prof. Philoſ. Ordin. Hor. VII. matut. Geographia methodo Hiſtorico Politica exhibetur, & quidem vt cuiuslibet Regni & Reipublicæ *Hiſtoria Nouiſſima* addatur. Hor. V. pom. Ex HEVMANNI Introductione *Hiſtoria Literaria* dilucidatur, vt omnium Autorum genuina Cognitio, genuinaque Praxis acquiratur.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ, P. P. O. per inſtans ſemeſtre æſtiuum, Deo clementer adnuente, ad ductum Perilluſtris Domini Cancellarii, WOLFII, *Logicam* & *Metaphyſicam* perſpicue pariter, ac ſolide tradet; præeunte vero KOEHLERO, *Iuris naturæ* ſcientiam inſtillabit. Addet, ſi eius rei amatores deprehenderit, integrum *curſum philoſophicum*, celeb. GOTTSCHEDVM ſecuturus. Explicabit denique *fundamenta linguæ ebraicæ*, facem præferente DANTZIO. Horæ cuiuis labori tribuendæ ex tabula publica ſuo tempore ſignificabuntur.

EXTRAORDINARIAE.

D. HENR. BASS publice præleget *obſtetricandi artem* ad ductum HOORNII hor. X. Priuatim auſpicabitur 1) *Collegium Operationum* Chirurgicarum cum apparatu tam inſtrumentali quam deligatorio, hor. III. 2) *Collegium Practicum* cum *Cautelis* & ſelectioribus *remediorum formulis*, hor. XI. Initium Lectionum peculiari indicabit ſchedula.

IO. GOTTLOB KRüGER *publice* hora 1 - 2. *Hygieinem* ſiue conſeruandæ ſanitatis doctrinam explicabit. *Priuatim* hora 10 -- 11. *Matheſin puram* demonſtrabit duce Illuſtr. WOLFIO. Hora 5 -- 6. *Phyſicam dogmatico-experimentalem* tractabit. Horas *Phyſiologiæ* & *Matheſi applicatæ* deſtinandas ex valuis publicis ſignificabit.

HENR. CHRIST. ALBERTI muneri Profeſſorio ſatisfaciens *publico* labore *manuductionem ad rem herbariam* ita ſuppeditabit, vt præcipuarum, vſibus medicis reſpondentium, ſpecierum cognitionem promoueat; earumque ſalutares qualitates & ordinationes indicet.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, Phil. Prof. per instans ſemestre æstiuum, Generosissimis atque Nobilissimis Dominis Commilitonibus, more ſibi hactenus conſueto, *regulis*, *exemplis* & *vſu* monſtrabit *epiſtolas* conſcribendi artem, & quidem ab h. VIII. vsque ad VIIII. ſecundum praecepta *Neukirchiana*. Reliquum tempus ſacrabit commodis Dominorum Studioſorum, qui horis priuatiſſimis ſic dictam *epiſtolographiam*, *oratoriam*, &c. audire atque exercere cupient; quibus etiam non deerit, quando ſpeciatim *epiſtolas*, *orationes*, *carmina* ab eo deſiderabunt.

P. P. die XXXI. Mart. MDCCXLIIII.

Halæ Magdeburgicæ, literis HENDELIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-32161481X-10

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-32161481X-10

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-32161481X-10

(8)

INDEX LABORVM
QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE AESTIVVM
ANNI cIↃ IↃCC XXXXIIII.
OCCVPABVNTVR
PRO-RECTORE
MARTINO SCHMEIZELIO,
SACRAE REGIAE MAIESTATI BORVSSICAE A CONSILIIS AVLICIS
IVRIS PVBLICI ET HISTORIARVM PROFESSORE ORD.
NEC NON H. T. FACVLT. PHILOS. DECANO.

Lectiones Pro-Rectoris, Directoris & Cancellarii.

MARTINVS SCHMEIZEL, *Prorector;* Operas *publicas* in *Hiſtoriam Vniuerſalem* ſtrenue continuabit; *Priuatis* horis *Geographiam; Hiſtoriam Iuris Ciu. Can. & Eccleſiaſtici; Ius Publicum* ad ductum illuſtr. MASCOVII; *Hiſtoriam Vniuerſalem; Hiſtoriam Germaniæ; Prudentiam viuendi* docebit; Duabus inſuper horis *Heraldicæ amœnitates* denuo propinabit; Quod ſi quibus animus fuerit, ſe erudiri in *Notitia Statuum Europæorum;* vt & in *Politica*, ad ductum illuſtr. Cancellarii WOLFII, nec illis ſua deerit opera; *Horas & initium* peculiari ſcheda deſignabit.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, ICt. feriis finitis *ſcholas Cambiales* hora III. publice continuabit, hora IX. vero ad *ius feudale Struuianum* priuatim commentabitur, & horis conſuetis denuo interpretationem Digeſtorum ſecundum *introductionem in ius Digeſtorum* a ſe editam auſpicabitur.

CHRISTIANVS WOLFIVS, *hor. VIII. mat. Philoſophiam moralem* vna cum genuinis principiis *Iuris naturæ* explicabit. *Hor. III. pom.* tradet *Matheſin puram*, operam inprimis daturus, vt ad rectum methodi demonſtrativæ vſum Auditores perducat. Denique *Hor. IV.* Collegium *experimentale* curioſum aperiet, in quo multis experimentis iisque haud paucis nouis ad Naturæ ac Artis cognitionem viam planam ſternet.

LECTIONES THEO

D. IOACHIMVS LANGE curſum annuum Th
conomia Salutis, hora X. publice tractandæ, die XXV
duabus poſterioribus *Epiſtolam* Pauli ad *Coloſſenſes* i
nuo offert Lectiones *exegeticas* in ſelecta *Pentateuchi*
diebus dominicis poſt ſacra publica hora IV. continu

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS epi
Præterea lectiones parænetica & aſceticas continuab

D. CHRIST. BENEDICT. MICHAELIS publ
Iobi verſabitur; priuatim vero hora IX. tria priora Eu
ordine harmonico, vt hoc ex illo & iſto, & verſa vice
græcis interpretabitur fontibus.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN *publice aſceti*
rum d. ſolis h. IIII. & *diſputationes* dogmaticas d. ſatu
miletica dabit d. lunæ & martis h. IIII: *priuatim* h. VII
XI. *hiſtoriam chriſtianam* enarrabit, h. IIII. d. iouis &
pretabitur & h. VI. theologiam *antitheticam* docebit
programmate dudum promiſſo ſub auſpiciis horum l

D. BENED. GOTTLOB CLAVSWITZ H. IX
methodo conſueta explanabit. *Publicis prælectionib*
Theologiam Exegeticam, indicatis ſimul adminiculis &
copis epiſtolicis annuis analyſin textus naturalem ſiſtet

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-32161481X-10